

345

343

349

placet, eādēm picturam inspiciat, et praefatam descriptionem
clare intelliget.

339

Hoc dominicum monumentum in medio ecclesiae resurrec-
tionis dominicae stat, sicut in die paroasceves in ecclesia
parochiali civitatis ulmensis sepulchrum ponitur. Sed ecclesia
sancti monumenti est rotunda, et supra opera, ut patebit.

354

Tria quodammodo habet ostia sanctum sepulchrum. Primum
est in atrio, mihi spelunca prima, quod atrium habet
murum, non altiore, nisi quod homo intus existens potest
super ventrem jacere in muro, et per ecclesiam circumspicere.

334

(B) Unde aliquoties super ipsum murum sedi, et merces ne-
gotiatorum in pavimento inferius perspexi. Verum introitus
in atrium non est prope ostium, quia super caput ingredien-
tis nihil est, cum careat superiori limine. Sed inter duos
muros se respicientes est ingressus, qui, si essent altiores, et
limen superponeretur, ostium fieret. Secundum ostium est de
atrio in primam speluncam monumenti. Et hoc ostium janua
clauditur et seris obfirmatur. Hujus ostii claves iam habent
latini fratres minores; ante paucos annos Georgici eos habe-
bant. Tertium ostium est de illa capella, vel prima spelunca,
in secundam speluncam, in qua est dominicum sepulchrum.
Haec spelunca nullam habet fenestram, nec lumen in ea est,
nisi quod ab lampadibus XIX in ea ardentibus habet, quae
pendent super sarcophagum Domini, et quia spelunca angusta
est, causatur ab igne lampadum fumus et foetor, qui valde
turbat intrantes et moram in ea facientes. Ardent etiam multae
candelae super sepulchrum, quas ponunt peregrini pro devo-
tione eorum. Unde ex fumo lampadum et candelarum denigrata
est superficies interior ex toto, quae tamen vestita est candido
et polito marmore per totum scilicet pavimentum parietis et
arcus. Et tantum de illo.

294

444

244

Quid sentiendum sit de sepulchro illo Domini, an sit
suum verum et proprium, vel an sit aliud postae-
dificatum?

Ende

Anfang

Tertio videndum est, an illud monumentum et illud sepulch-
rum, de quo iam dictum est, sit idem, in quod Dominus fuit
positus, de quo et cum resurrexisse credimus? Et hic articu-

